



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Societatis Iesv Pars ...

Pars Prima Sive Ignativs

Orlandini, Nicola

Antverpiae, 1620

Patribvs Fratribvsqve Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13935



PATRIBVS FRATRIBVSQVE
SOCIETATIS IESV.



N tandem, Patres Fratresque, Historiarum Societatis nostra pars prima à P. Nicolao Orlandino conscripta: qua cum vobis à me ipsius nomine offeratur, libenter, opinor, pauca de illo, deque ipso opere cognoscetis. Ortus Florentiae stirpe nobili, & indole bona, inq; Societatem Roma cooptatus adolescens humanae salutis anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, multum in litteris ac pietate profecit: ut in utroque postea magisterium cum laude gesserit. Moribus suauibus, ingenio candido, compositus ad modestiam, religiosa disciplina custos perdiligens fuit. Et, ut ferè ad habitum animi oratio fingitur, sicut in vita, sic erat accuratus in stylo. Itaque in litterarum laude apprimè floruit cultu Latina limataq; orationis. Quo genere polito ac nitido communes Societatis annorum trium litteras ab eo scriptas habetis. Inde, cum exigua valetudo studiorum labores non ferret, regendo Collegio Nolano, tum Neapoli Nouitiorum institutioni praesicitur. Ex eo munere post annum septimum ad scribendam Societatis Historiam euocatus in Urbem anno seculi proximi octauo & nonagesimo, quamuis valetudini diffideret, & longa styli intercapedo terreret, arduam tamen prouinciam libens accepit. Tantum ex obediendi studio sumebat animi ad conandum. Et scribendi quidem intermissionem demum viri singulare iudicium, laborque supplēuit. At virium firmitas haud perinde fuit in potestate, egregiaq; voluntati suffecit. Medio in cursu grauisimo implicitus morbo succubuit. Iamq; vitam eius ferè omnes desperauerant praeter ipsum: qui, cum tantum usura lucis expeteret, dum Generalatum B. Ignatij, quem singulari pietate ob primorum memoriam Patrum scribebat, exequeretur, visus est voti compos effectus. Valetudinem enim recuperauit, opus intermissum repetij, proximè ad metam perduxit, tum rursus languore prostratus necessitati religiosè concessit anno millesimo sexcentesimo sexto. Opus ergo reliquit, cui pendentem illum ambitiosumq; Pictorum titulum, Faciebat, ex vero subscribe-

De Auctore huius Historiz.

re est. Quod est tamen eiusmodi, facilius ut sit intelligere, quò fuerit perfectionis ipse perducturus, si per otium recognoscere, ac supremam quasi manum licuisset apponere, quàm quidquam desiderare perfectius. Porro Ordini nostro eò debet commendatius esse, quòd in moliendo grauisimas inter arumnas propè abfuit à morte, & in peragendo est mortuus.

De aucto-
ritate hu-
ius Histo-
riæ.

Jam quanta fide digna sint Historiarum hæc monumenta, non modo è Scriptoris religione, prudentia curaq; potest existimari, sed & auxilijs, quibus est usus. Habuit enim adiutores ad rerum estimationem atque delectum viros accuratos ac sedulos: tum pleraque rerum ex Ioannis Polanci Commentarijs excerptis. Quibus Commentarijs, si quidquam est inter homines incorruptum ac fide dignum, haude equidem scio quid firmitus ac sincerius esse possit. Quippe Polancus sententia omnium, quicumque nouere, vir grauisimus ac religiosissimus fuit: tribusq; deinceps Præpositis Generalibus, B. Ignatio primum (cui vni placuisse omnium loco testimoniorum est) tum Iacobo Lainio, posteaq; Francisco Borgia continuam operam in negotijs aequè priuatis ac publicis, & conscribendis epistolis, & cuncta Societate administranda nauauit. Itaque nec de incorrupta viri fide, nec de peritia potest vlla esse suspicio. Cæpit enim ab ipsis propè Societatis incunabulis res eius omnes, & intima quæque pertractare ac nosse: atque etiam litteris ad memoriam commendare eo consilio, ut Historia olim conficeretur. Quam ad rem sub Euerardo solutus functione muneris publici totus incubuit: totumq; B. Ignatij tempus, quod Historiarum hac parte continetur, tribus magnis voluminibus explicauit, cum vita ipsa B. Patris. Eamq; Siluam ex ipsis confecit litteris, quæ cum res gererentur, vel ab ijs ipsis, qui gerebant; vel à comitibus ac plurimum à Præpositis Prouinciarum viris grauisimis scriptæ erant. Ut earum quoque auctoritatem necesse sit maximam esse: cum nulla ex parte, nec animi vitio fraus immitti: nec error ab inscitia, aut memoria, aut incuria posset irrepere. Accedit ad hæc, quòd ea litteræ scribebantur ad Præpositum atque Parentem totius Societatis Ignatium: deinde per Societatis domicilia spargebantur. Quæ autem fallacia, vel impune admisceretur, dum ad sanctum virum scribitur, vel in luce deinde Ordinis totius occultaretur? Quæ quidem litteræ, cum etiamnum in nostro tabulario conseruentur, in varia à nobis digesta volumina; non modo ad Commentaria Polanci, sed ad eas ipsas, quanta potuit cura fideq;, opus hoc post Auctoris excessum relatum exactumq; est. Denique fecit Deus, ut ad hæc usque tempora superessent viri summa auctoritatis, quorum etiam posset iudicijs res tota perpendi, Petrus Ribadeneira in Hispania, in Societate a primo eius exortu versatus, & in Belgio Oliuerius Manaraus, Franciscus Costerus, & Eleutherius Pontanus vetustissimi & grauisimi Patres: ad quos omnes missa exem-

exempla sunt Historia huius; & ab ijs, alijsq; permultis diligenter expensa. Considerata sunt etiam ad hanc diem edita opera, & Historia propria, quas quedam prouincia suis de rebus concinnarunt: à quibus non nisi in rebus certis, planèque compertis hæc scriptio dissidebit. Illud enim constare debet, memoriam hominum longo tempore sensim sine sensu multa accipere detrimenta, & multas sæpè accessiones, præsertim ubi res multorum per ora traduntur: cum sapientissimè dictum sit, famam eundo crescere. At litterarum fidelis ac permanens custodia est. Deinde certum videtur præter commoditates alias uniuersalis Historia, quas apprime sapiens apud veteres Scriptor, & Historicorum quasi Philosophus exponit Polybius, multò esse procliuius in ea labi, quæ solum partem, aut prouinciam complectatur. Quippe uniuersalem ille ipse complexus rerum omnium & prouinciarum, notatio temporum, circumspèctus locorum, collatio & comparatio inter se molis totius undique communit, & ab errore defendit. Cum verò suas amba utilitates separatim habeant, necesse est absolutum quiddam ac perfectum existat, cum (quod in hoc opere fit) in unum corpus miscentur. Tot igitur atque tanta narratio hæc, ut quàm certissima euaderet, nacta est adiumenta.

Porro quid à nobis requirant prolata in lucem res, virtutesq; Patrum nostrorum, admonendi non estis. Scribantur hæc (inquit Regius Psaltes) in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Voluit semper Deus nota facere filijs suis parentes, quæ in eorum maiores beneficia contulisset, quibus eos honoribus decorasset, quo patrocínio muniuisset, quibus prodigijs tutatus esset, quàm etiam seuerè, si delinquerent, puniuisset; ut rerum talium contemplatione filij ponerent in Deo spem suam, & non obliuiscerentur operum Dei, & mandata eius exquirerent. Nostis quàm acres sæpè aculeos habuerint apud cæcas superstitione gentes alienæ virtutis monumenta. Nequè commemorare hoc loco attinet, siue trophæa Marathonica, quibus Themistocles excitabatur è somno; siue statuam Magni Alexandri, quæ conspècta Gadibus Iulius Cæsar ingemuit, nihil à se memorabile gestum in ea ætate, quæ ille totum penè terrarum orbem subegerat, subitoq; Romam ad rerum magnarum captandas occasiones reuertit; nec denique Q. Maximi, P. Scipionis, aliorumq; præterea ciuium Romanorum voces, qui cum Maiorum imagines intuerentur, soliti erant dicere, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi. Quid enim admiremur externos, cum in omni præclara re tam plena exemplorum sit Christiana religio? Nobilissimorum Martyrum produci agmina possent, quos priorum exempla ad gloriosam pugnam, immortalesq; triumphos incitarunt. Consignata litteris à Magno Athanasio Antonij Magni vita quid in alijs, quid in maximo postea Doctore Augustino effecerit, nemo ignorat; qui etiam his verbis Deum

Quid officij hæc Historia nobis imponat.

Psal. 101.

Psal. 77.

Plut. & Valer. Max.

Sueton. in Iul.

Salust. in proöm. Iug.

Conf. li. 9. cap. 2.

*3

affatur:

*affatur: Exempla feruorū tuorum congeſta in ſinum cogitationis
noſtræ vrebant & abſumebant grauem torporem. At S. Nazian-
zenus de B. Baſily lucubrationibus diſputans, Ego quidem (inquit)
cū Martyrū encomia lego, corpus aſpernor, & cum ijs, qui lau-
dibus efferuntur, animo verſor, atque ad certamen excitor. Sed
quorſum tam multa, cū ipſum nos Familie noſtræ Conditore ſacrarū
Hiſtoriarum lectioni debeamus? Quòd ſi omnibus tanta vis ineſt ex-
emplis, multo certè maior debet iis ineſſe, quæ Patres filiis, & plurima
& pulcherrima reliquere. Tanquam enim magnes dum è circulis fer-
reis quaſi catenam arcana rapacitate ſeruit, vt quiſque eſt proxi-
mus, ita primū ac vehementiſſimè rapit: ſic virtutis illecebra atque
pellacia coniunctiſſimum quemque maximè debet aſſicere ac deuinci-
re ad ſeſeque deducere. Mementote, inquit fortiſſimus Mathathias,
operum Patrum, quæ fecerūt in generationibus ſuis, & accipietis
gloriam magnam, & nomen æternum. Eo nimirum fit, vt etiam nū
vulgo ſædiſſimum habeatur Maiorum non reſpondiſſe virtuti. Quip-
pe eadem virtus, & regula poſteris eſt, ad quam vitam dirigere ſuam
iubentur, & quadam clara lux, quæ, ſicubi aberrent atque degenerent,
prauitatem in obſcuro eſſe non ſinit. Quo loco Auguſti pulcherrimum
factum meminiffe iuuat, qui cum ducum Romanorum ſtatuas tri-
umphali ſpecie in vtraque fori ſui porticu dedicaffet, profeſſus edicto
eſt, commentum id ſe, vt ad illorum velut exemplar, & ipſe dum vi-
ueret, & inſequentium etatum Principes exigerentur. Modo enim
perſimili nos Hiſtoriarum hac editione palàm proponimus, populisq;
porrigimus exemplaria, ad quæ nos, noſtrosque poſteros exigant. Ex-
tet igitur publice nouum hoc noſtræ & obligationis pignus & volun-
tatis. Amemus neceſſitatem hanc ſaluberrimam, quæ nos ad preci-
puros in omni laude conatus ac profeſtus extimulet: demusq; operam,
quod B. Franciſcus Xauerius frequens admonere Socios conſueuerat,
vt, qui de Societate Ieſu dicimur, nunquam tali capite, talique cor-
pore extitiſſe videamur indigni. Roma, Kalendis Nouembris, anno
Domini M. DC. XIV.*

Omnium indignus in Chriſto ſeruus

Franciſcus Sacchinus.



PATRIBVS FRATRIBVSQVE
SOCIETATIS IESV.



IN tandem, Patres Fratresque, Historiarum Societatis nostra pars prima à P. Nicolao Orlandino conscripta: qua cum vobis a me ipsius nomine offeratur, libenter, opinor, pauca de illo, deque ipso opere cognoscetis. Ortus Florentia stirpe nobili, & indole bona, inq; Societatem Roma cooptatus adolescens humana salutis anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, multum in litteris ac pietate profecit: ut in utroque postea magisterium cum laude gesserit. Moribus suauibus, ingenio candido, compositus ad modestiam, religiosa disciplina custos perdiligens fuit. Et, ut ferè ad habitum animi oratio fingitur, sicut in vita, sic erat accuratus in stylo. Itaque in litterarum laude apprime floruit cultu Latina limataq; orationis. Quo genere polito ac nitido communes Societatis annorum trium litteras ab eo scriptas habetis. Inde, cum exigua valetudo studiorum labores non ferret, regendo Collegio Nolano, tum Neapoli Nouitiorum institutioni praesecutus. Ex eo munere post annum septimum ad scribendam Societatis Historiam euocatus in Urbem anno saeculi proximi octauo & nonagesimo, quamuis valetudini diffideret, & longa styli intercapedo terreret, arduam tamen prouinciam libens accepit. Tantum ex obediendi studio sumebat animi ad conandum. Et scribendi quidem intermissionem demum viri singulare iudicium, laborque suppluit. At virium firmitas haud perinde fuit in potestate, egregiaq; voluntati suffecit. Medio in cursu grauisimo implicitus morbo succubuit. Iamq; vitam eius ferme omnes desperauerant praeter ipsum: qui, cum tantum usura lucis expeteret, dum Generalatum B. Ignatij, quem singulari pietate ob primorum memoriam Patrum scribebat, exequeretur, visus est voti compos effectus. Valetudinem enim recuperauit, opus intermissum repetyt, proximè ad metam perduxit, tum rursus languore prostratus necessitati religiose concessit anno millesimo sexcentesimo sexto. Opus ergo reliquit, cui pendentem illum ambitiosumq; Pictorum titulum, Faciebat, ex vero subscribe-

De Auctore
huius
Historia.

re est. Quod est tamen eiusmodi, facilius ut sit intelligere, quò fuerit perfectionis ipse perducturus, si per otium recognoscere, ac supremam quasi manum licuisset apponere, quàm quidquam desiderare perfectius. Porro Ordini nostro eò debet commendatius esse, quòd in moliendo grauissimas inter arumnas propè abfuit à morte, & in peragendo est mortuus.

De aucto-
ritate hu-
ius Histo-
riae.

Jam quanta fide digna sint Historiarum hac monumenta, non modo è Scriptoris religione, prudentia curaq; potest existimari, sed & auxilijs, quibus est usus. Habuit enim adiutores ad rerum estimationem atque delectum viros accuratos ac sedulos: tum pleraque rerum ex Ioannis Polanci Commentarijs excerpfit. Quibus Commentarijs, si quidquam est inter homines incorruptum ac fide dignum, haud equidem scio quid firmitus ac sincerius esse possit. Quippe Polancus sententia omnium, quicumque nouere, vir grauissimus ac religiosissimus fuit: tribusq; deinceps Praepositis Generalibus, B. Ignatio primum (cui uni placuisse omnium loco testimoniorum est) tum Iacobo Lainio, posteaq; Francisco Borgia continuam operam in negotijs aequè priuatis ac publicis, & conscribendis epistolis, & cuncta Societate administranda nauauit. Itaque nec de incorrupta viri fide, nec de peritia potest vlla esse suspicio. Cœpit enim ab ipsis propè Societatis incunabulis res eius omnes, & intima quaeque pertractare ac nosse: atque etiam litteris ad memoriam commendare eo consilio, ut Historia olim conficeretur. Quam ad rem sub Euerardo solutus functione muneris publici totus incubuit: totumq; B. Ignatij tempus, quod Historiarum hac parte continetur, tribus magnis voluminibus explicauit, cum vita ipsa B. Patris. Eamq; Siluam ex ipsis confecit litteris, quae cum res gererentur, vel ab ijs ipsis, qui gerebant; vel à comitibus ac plurimum a Praepositis Prouinciarum viris grauissimis scriptae erant. Ut earum quoque auctoritatem necesse sit maximam esse: cum nulla ex parte, nec animi vitio fraus immitti: nec error ab inscitia, aut memoria, aut incuria posset irrepere. Accedit ad hæc, quòd eae litterae scribebantur ad Praepositum atque Parentem totius Societatis Ignatium: deinde per Societatis domicilia spargebantur. Quae autem fallacia, vel impune admisceretur, dum ad sanctum virum scribitur, vel in luce deinde Ordinis totius occultaretur? Quae quidem litterae, cum etiamnum in nostro tabulario conseruentur, in varia a nobis digesta volumina; non modo ad Commentaria Polanci, sed ad eas ipsas, quanta potuit cura fideq;, opus hoc post Auctoris excessum relatum exactumq; est. Denique fecit Deus, ut ad hæc usque tempora superessent viri summa auctoritatis, quorum etiam posset iudicys res tota perpendi, Petrus Ribadeneira in Hispania, in Societate a primo eius exortu versatus, & in Belgio Oliuerius Manareus, Franciscus Costerus, & Eleutherius Pontanus vetustissimi & grauissimi Patres: ad quos omnes missa exem-

exempla sunt Historia huius; & ab ijs, alijsq; permultis diligenter
 expensa. Considerata sunt etiam ad hanc diem edita opera, & Histo-
 ria propria, quas quadam prouincia suis de rebus concinnarunt: à
 quibus non nisi in rebus certis, planèque compertis hæc scriptio disside-
 bit. Illud enim constare debet, memoriam hominum longo tempore
 sensim sine sensu multa accipere detrimenta, & multas sæpè accessio-
 nes, præsertim ubi res multorum per ora traduntur: cum sapientissi-
 mè dictum sit, famam eundo crescere. At litterarum fidelis ac per-
 manens custodia est. Deinde certum videtur præter commoditates a-
 lias vniuersalis Historia, quas apprime sapiens apud veteres Scriptor,
 & Historicorum quasi Philosophus exponit Polybius, multò esse pro-
 cliuius in ea labi, quæ solùm partem, aut prouinciam complectatur.
 Quippe vniuersalem ille ipse complexus rerum omnium & prouin-
 ciarum, notatio temporum, circumspèctus locorum, collatio & com-
 paratio inter se molis totius undique communit, & ab errore defen-
 dit. Cum verò suas amba utilitates separatim habeant, necesse est ab-
 solutum quiddam ac perfectum existat, cum (quod in hoc opere fit)
 in vnum corpus miscentur. Tot igitur atque tanta narratio hæc, ut
 quam certissima euaderet, nacta est adiumenta.

Porro quid à nobis requirant prolata in lucem res, virtutesq; Pa-
 trum nostrorum, admonendi non estis. Scribantur hæc (inquit Regius
 Psaltes) in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit
 Dominum. Vult semper Deus nota facere filijs suis parentes, quæ
 in eorum maiores beneficia contulisset, quibus eos honoribus decoras-
 set, quo patrocínio muniuisset, quibus prodigijs tutatus esset, quam
 etiam seuerè, si delinquerent, puniuisset; ut rerum talium contempla-
 tione filij ponerent in Deo spem suam, & non obliuiscerentur operum
 Dei, & mandata eius exquirere. Nostis quam acres sæpè aculeos
 habuerint apud cæcas superstitione gentes alienæ virtutis monumen-
 ta. Nequæ commemorare hoc loco attinet, siue trophæa Marathonia,
 quibus Themistocles excitabatur è somno; siue statuam Magni Alex-
 andri, qua conspècta Gadibus Iulius Cæsar ingemuit, nihil à se me-
 morabile gestum in ea ætate, qua ille totum pene terrarum orbem sub-
 egerat, subitoq; Romam ad rerum magnarum captandas occasiones
 reuertit; nec denique Q. Maximi, P. Scipionis, aliorumq; præterea ci-
 uium Romanorum voces, qui cum Maiorum imagines intuerentur, soliti
 erant dicere, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi. Quid
 enim admiremur exteros, cum in omni præclara re tam plena exem-
 plorum sit Christiana religio? Nobilissimorum Martyrum produci
 agmina possent, quos priorum exempla ad gloriosam pugnam, immor-
 talesq; triumphos incitarunt. Consignata litteris à Magno Athana-
 sio Antonij Magni vita quid in alijs, quid in maximo postea Do-
 ctore Augustino effecerit, nemo ignorat; qui etiam his verbis Deum
 affatur:

Quid offi-
 cij hæc Hi-
 storia no-
 bis impo-
 nat.
 Psalm. 104.

Psalm. 77.

Plut. & Va-
 ler. Max.

Sueton. in
 Iul.

Salust. in
 proo. in
 Iug.

Conf. li. 9.
 cap. 2.

affatur: Exempla feruorū tuorum congeſta in ſinum cogitationis
noſtræ vrebant & abſumebant grauem torporem. At S. Nazian-
zenus de B. Baſilij lucubrationibus diſputans, Ego quidem (inquit)
cū Martyrū encomia lego, corpus aſpernor, & cum ijs, qui lau-
dibus efferuntur, animo verſor, atque ad certamen excitor. Sed
quorſum tam multa, cū ipſum nos Familie noſtræ Conditore ſacrariū
Hiſtoriarum lectioni debeamus? Quòd ſi omnibus tanta vis ineſt ex-
emplis, multo certè maior debet iis ineſſe, quæ Patres filiis, & plurima
& pulcherrima reliquere. Tanquam enim magnes dum è circulis fer-
reis quaſi catenam arcana rapacitate ſtruit, vt quiſque eſt proxi-
mus, ita primū ac vehementiſſimè rapit: ſic virtutis illecebra atque
pellacia coniunctiſſimum quemque maxime debet afficere ac deuinci-
re ad ſeſeque deducere. Mementote, inquit fortiſſimus Mathathias,
operum Patrum, quæ fecerūt in generationibus ſuis, & accipietis
gloriam magnam, & nomen æternum. Eo nimirum fit, vt etiam nū
vulgo ſædiſſimum habeatur Maiorum non reſpondiſſe virtuti. Quip-
pe eadem virtus, & regula poſteris eſt, ad quam vitam dirigere ſuam
iubentur, & quædam clara lux, quæ, ſi ubi aberrent atque degenerent,
prauitatem in obſcuro eſſe non ſinit. Quo loco Auguſti pulcherrimum
factum meminiffe iuuat, qui cū ducum Romanorum ſtatuas tri-
umphali ſpecie in vtraque fori ſui porticu dedicafſet, profeſſus edicto
eſt, commentum id ſe, vt ad illorum velut exemplar, & ipſe dum vi-
ueret, & inſequentium ætatum Principes exigerentur. Modo enim
perſimili nos Hiſtoriarum hac editione palàm proponimus, populisq;
porrigimus exemplaria, ad quæ nos, noſtrōſque poſteros exigant. Ex-
tet igitur publicè nouum hoc noſtræ & obligationis pignus & volun-
tatis. Amemus neceſſitatem hanc ſaluberrimam, quæ nos ad preci-
puos in omni laude conatus ac profeſtus extimulet: demuſq; operam,
quod B. Franciſcus Xauerius frequens admonere Socios conſueuerat,
vt, qui de Societate Ieſu dicimur, nunquam tali capite, talique cor-
pore extiſſe videamur indigni. Roma, Kalendis Nouembris, anno
Domini M. DC. XIV.

Omniū indignus in Chriſto ſeruus

Franciſcus Sacchinus.